Fragmentarium

Vniuersis presentes literas inspecturis Decanus
Singuliq; Magistri facultatis Theologiæ in uenerabili florentiq; et fructifero studio Parisiensi salutem in
eo qui est omnium uera salus Cum uniuersi fideⁱ catholicæ cultores . tam naturali æquitate quam Diuinæ legis præ-
cepto sint astricti ut fidele testimonium perhibeant ueritati multo magis conuenit ut Magistri sacræ Theologiæ profesſo-
res qui ueritatem de Diuinis scrutantur et in ea alios instruunt et informant ut sic nec amore uel fauore . aut alia quacunq;
occasione deuien⁹ a rectitudine veritatis et rationis . Cum igitur non solum fama referente . sed ipsius rei euidentia decla-
rante ueraciter nobis constet dilectum nostrum uenerabilem et discretum uirum Magistrum Joannem Michae-
lem Diœcesis Lausannensis in sacra Theologia Baccalaureum uitæ moribus et scientia fore multipliciter commendabilem . Volen-
tes quantum nobis incumbit in hac parte ueritati testimonium perhibere tenore præsentium notum facimus tam præsentibus quã
futuris quod præfatus Magister Joannes Michael gradum Baccalaureatus anno Domini milleſimo quingenteſimo sep-
tuageſimo septimo die decima septima mensis Maii examinibus rigoroſis secundum prædicta nostræ Theologicæ facultatis sta-
tuta et consuetudines in eadem facultate Theologiæ Parisiensi legitime est adeptus In cuius rei testimonium sigillum præfa-
tæ nostræ Theologicæ facultatis literis præsentibus duximus apponendum Datum Parisijs in nostra congregatione generali apud
collegium Sorbonæ solemniter celebrata Anno Domini milleſimo quingenteſimo septuageſimo septimo Die v prima mensis Augusti .

Approbo rasuram / septimo Die vero prima

e Goux

A. D. 1577. — Diplome der Pariser Universität.
Freiburg (Schweiz), Archiv des Franziskanerklosters.

123

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Tafel 123 – Franz Steffens, Lateinische Paläographie
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-12v1/7415/60142)